



1739.

1. Becker, Hermann: An pena fustigatiois cum relegatione parvis conjuncta, reprobanda sit?
2. Beckerus, Hermannus: De natura et indole conualis obligationis, in genere tam, quam in specie ex illicitis praecipue quod et expensas.
3. Beckerus, Hermannus: De jure reparationis in concursu creditorum et praecipue questione: utrum creditores hereditarii seu paterni in vac. in negotiataria emissionem secundum taxam saltem veniantur?
4. Beckerus, Hermannus: An liberi alienationes bonorum maternorum, a patre factam, revocare possint, si heredes patris facti?
5. Mantzel, Dr. Fr. Fried: De providentia publica circa sylvas et arbores omnis generis maxime de jure Mecklenburgico.

1759

6. Mantzel, Em. Fr. Fried: Utrum unus testis faciat
testare locum?

7. Mantzel, Em. Fr. Fried: De necessaria ad ultimum
aeque execubris criminalis actum praesentia.

1760

1. Beckerus, Hermannus: De tertia specie processus,
nisi hi gest., seu denunciatori, etque indole
et differentia, a processu tam civili, quam
criminali.

2. Becker, Hermannus: De jure usufructum, circa retrac-
tum feudalem a tutore neglectum.

3. Mantzel, Em. Fr. Fried: De aequali, utriusque
parentis jure, quae consensus in sponsalia
liberosum.

4. Mantzel, Em. Fr. Fried: An et quatenus jura
conjugalium, in toto concursu creditorum, uniter? 3

1760

5. Mantzel, Em. To. Fried: Anabotismus, an et quatenus sit prohibitus?
6. Mantzel, Em. To. Fried: De instrumento originali, loco canonico, maxime de jure Mecklenburgico deponendo.
7. Mantzel, Em. To. Fried: De iuribus, agnato, durante jure usufructuario, virginum nobilium Mecklenburgicarum, circa feudum competente, secundum § 27. Reversaliam d. g. 1624.

1764.

1. Anistorpius, Inq. Christ: De homicidio permissio et specialim de moderamine inculpatae tutelae.

1765

1. Anistorpius, Inq. Christianus: De jurisprudentia eccle.astica caute tractanda. Programma, quo praedicationes activas indicit.
2. Anistorpius, Inq. Christianus: De moderamine inculpatae tutelae probatione.

1765

3. Jaddel, Huricus Fridericus: De iurisdictione patri-
moniali praesertim secundum iura Mecklenburgica
4. ~~Andropius, Johann Christianus~~: Principia juris p-
Wiese, Walter Vincent: An et quatenus iustam consuetudinem
que sit, tempori inservire? . . . adiectis juris
mutationibus ex lapsu temporis in statu praesentis
publico sacri Romani Imperii orbis . . . Program-
ma, quo praedictiones activas indicit.

1766.

1. ~~Andropius, Johann Christianus~~: Principia jurisprudentiae
ecclesiae Germanicae fundamentalia. Program-
ma, quo praedictiones indicit. Spec. l. i. 2.
3. Andropius, Johann Christianus: An et quatenus
successores locatoris tam universales, quam singu-
lares, ex locatione ab ipso celebrata tenean-
tur?

1767.

1. Quistorp, Joannes Christianus: Principia jurisprudentiae
ecclesiasticae Germanicae fundamentalia. Spec. IV.

Programma, quae praedictiones indicit

1770

1. Roemberg, Jacobus Tridorianus: De locura quid tibi
videatur. Programma, sem Christi cruciatibus dica-

tum.

1773.

1. Heine, Christianus Walchard: De feutorum origine.

Programma, quae praedictiones intimat

177


[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]











4. n. 13.


DISSERTATIO IURIDICA INAUGURALIS
AUCTORIS
AN POENA PESTIGATIONIS,
REPERIATUR PERENNI

SVB AUSPICIIS SUPREMI NUMINIS
ET DECRETO ET AUCTORITATE SALV. IURECON.

DOMINO HERMANNO Schede,
A. D. DOCTORI, ET IUSTITIAE CONSILIARI O. SENATI,
SECRETARIIQUE, P. N. N. ET U. A. DECANO
RECTORII S. I. U.

FAVORE SVO, ET STUDIORVM PROMOTORE
SYMPOSIUM COLENDO, ET VENERANDO,
PRO RITE IMPETRANDO
GRADVS DOCTORIS

ERSTOCHII, GYMNASII ABERIANI





F. 5. num. 52.

14

DE
IVRIBVS, AGNATO, DV RANTE
IVRE VSVFRVCTVARIO, VIRGINVM
NOBILIVM MECKLENBVRGICARVM, CIRCA FEVDVM
COMPETENTE, SECVNDVM §. XXVII.
REVERSALIVM DE ANNO MDCXXI:

MEDITATIONES QVAEDAM PRACTICAE:

1760/7

QV AS,
LOCO DISSERTATIONIS INAVGVRALIS,
DEO TRIVNO ADSPIRANTE:
MAGNIFICO IVRECONSVLTORVM
ORDINE,
IN INCLYTA ALMA VARNO-BALTICA DECERNENTE:
SVB PRAESIDIO,

DN. D. ERN. IO. FRIED. *Mantzel*,
SERENISSIMI DVVIS REGNANTIS MECKLENBVRG. CANCELL. ET
CONSIST. CONSILIARII, PAND. PROFESSORIS, COM. PAL. CAES.
TOTIVS ACAD. ET FACVLT. IVRID. SENIORIS,
ET AD H. A. DECANI:

PRO LICENTIA,
SVMMOS IN IVRE CAPESSENDI HONORES,
H. L. Q. C.
ANNO MDCCLX. D. XIII. MAJI,
DEFENDET,
NICOLAVS CHRISTIANVS
ROENNBURG,
DICAST. AVLICO-PROVINCIALIS ADVOCATVS
ORDINARIVS.

ROSTOCHII,
TYPIS IOHANNIS IACOBI ADLERI, SEREN. DVVIS RE
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.



DE
VIRIBUS AGNATO DVARANTE
DE VSVRVTARIO VIRGINVM
DITAM MEDICINAM CIRCA REVDVM
COMPTETIT SECVNDVM & XXVII
REVERALITATE ANNO MDCCXI
MEDITATIONES QVADAM PRAGMATICAE

DECO DISSERTATIONE IN AVGVSTIS
DEO TRIVNO ADIMPTIT
MAGNIFICO IVRECO SVPTORVM
ORDINE
ACCVTA ALMA VAVNOBVTICA DECORANTE
SVE PRAGMATICAE

IN D. ERNIO THEO. STORIKIN
ASSISTIT ERNIO THEO. STORIKIN
MAGNIFICO IVRECO SVPTORVM
ORDINE
PRO LICENTIA
LUMOS IN JURE CAPRESSADI HONORES

ANNO MDCCXII
DRESDEN
IOHANNES CHRISTIANVS
FORNERER
DITAM VAVNOBVTICAM PRAGMATICAM

HORTORUM
DITAM VAVNOBVTICAM PRAGMATICAM



VIRO ILLVSTRI
AC
SVMME REVERENDO DOMINO,
DOMINO
BERNHARDO HENRICO
RÖNNBERG,

S. S. THEOLOGIAE DOCTORI

AC

QVONDAM PROFESSORI CELEBERRIMO,
SERENISSIMO DVCI REGNANTI MECLEN-
BVRGICO A CONSILIIIS SACRIS,
ECCLESJARVM AC SCHOLARVM OMNIVM,
IN CIRCVLO GVSTROVIENSI QVAE SVNT,
SVPERINTENDENTI ATQVAE PROTO-
SCHOLARCHAE GRAVISSIMO,
SOCIETATIS LATINAE, QVAE AD SALAM FLORET,
MEMBRO HONORARIO,

FRATRI, PARENTIS INSTAR,

OMNI, QVO FAS, HONORIS PIETATISQVE CVLTV
AETATEM SVSPICIENDO.

VIRO ILLUSTRI
AC
SYMME REVERENDO DOMINO
DOMINO
BERNHARDO HENRICO
RÖNNBERG
S. S. THEOLOGICAE DOCTORI
AC
QUONDAM PROFESSORI CELEBRISSIMO
SERENISSIMO HUCLEINANTHE MENSEN-
SIS ECCLESIAE APOSTOLICAE SEDIS
BACILO A CONSISTORII SACRIS
ECCLESIAE AC RITHORUM OMNIVM
IN CAUSA SACRILEGIAE QUAE SVET
SACRILEGIAE SACRILEGIAE
SACRILEGIAE SACRILEGIAE
DOCTISSIMO AC RITHORUM FLORE
HENRICO HONORARIO
FRATRI PARENTIS INSTAR
OMNIBUS SACRILEGIAE SACRILEGIAE
SACRILEGIAE SACRILEGIAE



VIR ILLVSTRIS
AC SVMME REVERENDE,
FRATER AMANTISSIME!



En publicam grati animi tesseram,
quam intensissimo ac infucato
ductus amore non edere non
possum. Solent filii parentibus, solent, pa-
tronis ac fautoribus, beneficiarii specimina
eruditionis academica dicare. Solent episto-
lae, quas vocamus dedicatorias, ita con-
scribi, vt beneficia copiose enumerentur laudi-
busque

busque efferantur summis. Solent gratiarum
actiones ornato scribendi genere exprimi, ita, vt
plus verborum magnificorum tribuatur quan-
titati, quam animi affectui ac veritati.

Non opus mihi erit verba quaerere, cum
res loquatur ipsa. Mihi enim, vix in lucem edito,
contigit, vt patre sim optimo orbatus. Sed et
contigit mihi adeo esse felici, vt Te, VIR
SVMME REVERENDE, vsus sim Patre
indulgente, qui me, cum ephebos vix excessis-
sem, suscepit filium, qui me rudem omnibus,
quibus puerilis aetas imbui debet, erudiuit arti-
bus liberalibus, qui errantem vestigia docuit
virtutis, qui inopem subleuauit meque in-
doctum reddidit studiorum cultorem. Te vt
colam Parentem, Praeceptorem, studiorum
meorum Moderatorem, ac felicitatis meae
Promotorem, Tua, in me quae exstant bene-
ficia

ficia, iubent. Quis igitur me iure reprehendet
Tua in me merita publice enumerantem, et
debitis efferentem laudibus?

Cum itaque mihi, consentiente ac iubente,
amplissimo Iureconsultorum, in Alma patria
ordine, licet summos in iure adspirare bonores,
quid mirum, quod hasce meditationes, loco
dissertationis inauguralis publice defendendas,
TIBI, FRATER OPTIME! dicatas esse
velim, in signum grati amoris debitaque
pietatis?

Sed finem orationis faciam, ne Tua offen-
datur humanitas. Sufficiat, publice confiteri,
quod Tibi, quicquid mihi est scientiae ac felici-
tatis, praecipue debeam. Nihil superest,
quam ut ardentissima, pro Tua incolumitate, ad
Deum Ter Optimum Maximumque mittam
vota,

vota. Contingat Tibi, vt filium, quem habes
vnicum, pietate pariter ac felici ingenio orna-
tum, Honorum ac Virtutem relinquant heredem
Tibi superstitem. Contingant Tibi, per longam
felicissimorum annorum seriem, vires, sacris
Tuis muneribus sufficientes, ad gloriam Summi
Numinis illustrandam, et ad ecclesiae ac repu-
blicaе emolumentum promouendum. Quic-
quid in me est virium, Tibi ac Domui Tuae
amoris et reuerentiae ergo sacrum esto!

AVTOR ET RESPONDENS.

Q. D. B. V.



Q. D. B. V.



Noto notius est, in Megapoli nostra, vasalli, sine filiis decedentis, filias aut ex filio neptes gaudere iure, feudum a patre aut auo relictum, ad dies vitae, fructus ex eo capiendi causa, possidendi, id quod vulgo apud nostrates audit: **Das Erbjungfern Recht**. Pro ratione nostri instituti non erimus solliciti de eruenda huius iuris usufructuarii origine, et curiosos eius scrutinii amatores remittimus ad mox allegandos, maxime ad *Domini Consilarii Reginis RVDLOF Dissertationem de natalibus commentitiis iuris usufructuarii virginum Megapolensium*. Patriae praeterea nostrae historiam, si ad natales singulorum circa feuda nostra iurium et obseruantiarum respicis, densissima, vt ita loquar, caligine esse obfusam, quis est, qui ignoret? Sufficit hic prouocare ad notissimum Diploma Ducis HENRICI X, ex saeculo

A

culo



culo XV. *Vid. b. Domini a CERDES Sammlung Mecklenburgischer Urkunden 2tes Stück p. 88. et post TORNOVIVM, SIBRANDVM, ENGELBRECHT et alios, b. CARL. HENR. MOELLERI in hac alma quondam iurium Professoris & Consistorii Consilarii, postea Regii Tribunalis, quod Wisnariae est, Assessoris, Praeceptorisque nostri nunquam non memorandi, Prim. lin. vs. pract. Dist. feudal. append. Nro. II.* Hoc Diploma difertis enuntiat verbis: Darünne, beede Willen solch Uns'r lewen Truwen, hebben wy begabet und begnadet alle Fruwen und Jungfruwen in dem vorsewenn Lande to Stargard besethen, de nu sind und tokamen mögen to ewigen Tyden, mit solch Gnaden Gewanheit und Gerechtigkeiten also in unserm Lande in Mecklenborg stethe Gewanheit und Recht is, Erve und Lehen de Tyd eres Lebens to besitten, up math un wise, als dat vorsewenn is. Quis hinc hodie repetendus vsus pragmaticus ex scrupulose inuestiganda nostri iuris vsufructuarii origine, cum iam tunc temporis Serenissimus de gratiosa huius iuris collatione in virgines nobiles districtus Stargardiensis, *secundum inueteratum in reliqua Megapoli florentem morem et singularem determinatamque obseruantiam* loquitur. Nec limites hisce pagellis praescripti permittunt, de indole huius iuris vsufructuarii vberius loqui. Exstant iam duae Dissertationes huic scopo ex assè satisfaciendes, Euoluatur si placet, *Gen. Equitis Meckl. Domini de LAVTZOW nuper placide defuncti, sub Praesidio CASP. MATH. MULLERI, in hac Academia quondam Antecessoris meritissimi, habita Dissertatio, de virgine nobili Mecklenburgica eiusque circa feudum iure, hab. 1701. Addatur Dn. Assessoris de NET-*

TEL-



TELBLADT *Progr. de privilegio Abertino. B. RICHTER Progr. in Natal. Seren. 1737. & tandem Domini PRAESIDIS Dissertatio de filia nobili usufructuaria Mecklenburgica hab. 1736. Resp. Gen. Dn. du PUYTS, Equ. Meckl. rec. auctior. 1738. Iam dudum explosi sunt errores, nostrum ius usufructuarium cum successione feminarum in feudo feminino confundentes. Vnde Wesenbecium et Mylerum taxavit Dn. Praefes, ceu ICTos extraneos, in lure Meckl. errantes. Mullero - Lawzovianas expressiones, de successione, e. gr. C. 2. §. 3. 4. 12. sqq. facile condonat, per acceptionem latam, B. L. Conf. nupera diff. Dn. D. BURGMANNI de femina Vasalla, hab. inaug. eodem necum Praefide, §. 17. et Dn. Consil. Cam. in-imi SCHAVMKELLEN, diff. inaug. de femina Meckl. hab. anno 1738. sub dicto Mantzeliano praesidio.*

Ius Meckl. ill. plena manu porrigit specialium decisiones. Sed et is primas legitima scientiae lineas vix delibasse censendus esset, qui doctrinam Iuris civilis Romani de usufructu crude ad nostrum institutum feudale explicaret, et tam arctis includeret limitibus. Interim accuratius si loqui fas est, negandum non erit, et eos a recta aberrare via, qui nostrum ius usufructuarium virginum nobilium inuoluere vsumfructum Iuris Germanici, sine omni limitatione statuere vellent. Nam etsi usufructu Romano latius nostrum ius usufructuarium patere, concedendum sit; nihilo minus tamen illud ab usufructu Iuris Germanici, qui cum dominio utili fere coincidit, differt, quippe quod per expressum Textum Reversalium de anno MDCXXI. §. 27. admodum est restrictum. Hinc recte definire solitus est laudatus noster b. Praeceptor MULLER: Ius usufructuarium, virginibus nostris



nobilibus competens, esse ius, feudum ad dies vitae possidendi iure usufructuario per leges ac mores provinciales determinato. *Conf. citat. prim. lin. usus pract. dist. feudal. Cap. XV. Dist. IV. p. 324. add. definitio Mantzeliana, cum commentario.* Textum ergo adductum Reuerfalium et mores nostrae provinciae in diiudicandis limitibus iuris nostri usufructuarii ante oculos tibi proponas, necesse erit, si scopulos ab utraque parte positos euitare, et nec iusto latius nec merito angustius in determinandis virginum nobilium, circa feuda nostra iuribus procedere velis. Nobis igitur de iuribus successori feudali circa feudum competentibus, durante iure usufructuario, disserturis, textus Reuerfalium citatus norma esto. Deus Ter Optimus nostris adspiret conaminibus, precamur. Tibi vero, Beneuole Lector! laborem hunc non ut perfectum quoddam, ac omni ex parte consummatum specimen academicum, sed ut meditationes quasdam, inter forensium strepitum conceptas, ac prout orium admodum arctum nobis permittit, limatas afferimus; rectius tamen adcuratiusque statuentium iudicio nostram conformare sententiam, errore, quem fors humana fert, relicto, nobis semper ducimus honori. Veritatem enim sequi usumque ex ea pragmaticum haurire, Iureconsultum decet. Hinc non a studio sectae solum, sed a friuolo etiam conamine, quidquam in cuiuscunque praeiudicium statuendi, longissime abhorremus.



DE IVRIBVS,
VASALLO, DV RANTE IVRE VSVFRV-
CTVARIO VIRGINVM NOBILIVM, CIRCA
FEVDVM COMPETENTIBVS.

SECTIO GENERALIS.

QVAEDAM DE INDOLE IVRIS VSVFRVCTVA-
RII NOSTRI.



§. I.

xistente iure usufructuario virginibus nobilibus in feudis nostris concesso, nullo modo minuuntur iura SERENISSIMO Domino Directo circa feudum, quo virgo nobilis ad dies vitae fruitur, competentia, quippe quae omnia, durante eo, salva ac intacta manent. Quodsi non ita esset, SERENISSIMI DVCEs nostri dominio suo directo, durante iure usufructuario aut expresse aut tacite renuntiasse, censendi essent: cuius renuntiationis tamen non solum nullum exstat, nec in legibus nec in observantiis vestigium, sed contrarium etiam quotidiana observantia docet. Hinc axiomata praesupponere possumus:

- I) Feudum, quod virgo usufructuaria nobilis possidet, manet verum feudum, nec quidquam allodialitatis per et propter hunc usumfructum legalem induit.
- II) Dominus directus gaudet pleno iure, omnia, quae ipsi qua feudum debentur, pendente hoc usufructu, postulandi



landi, id est, omnem fidelitatem vasalliticam, hinc renouationem inuestiturae, ac seruitiorum praestationem tam aulicorum, quam militarium. Idem tenendum, si forte pater virginis fuerit vltimus familiae, mit welchen das Lehn zum Fall gestanden.

III) Pendente hoc nostro usufructu adesse debet vasallus, qui nexui vasallitico plenarie satisfacit.

§. II.

Virgo usufructuaria non dici potest vasalla, nec ipsi ea, quae de Vasallo, qua tali, in legibus feudilibus praedicantur, competere possunt. Habet enim solummodo ius, praedium feudale ad dies vitae, fructus ex eo capiendi gratia, possidendi, per definitionem, in prooemio a nobis suppeditatam, et vi textur Reuersalium l. c. verbis: daß die Erbjungfern die Ihnen angefallene Lehngüter Zeit Ihres Lebens, frey, ungehindert jemandes, doch allein Jure usufructus, einhaben, nutzen und genießen sollen und mögen.

*) Syllabas captantis esset ex voce textus citati: angefallen, successionem in feudo eruere, ac virginem nobilem usufructuariam declarare vasallam, Secundum tritam enim regulam in interpretandis legum verbis adhibendam semper ad materiam substratam esse respiciendum et talia esse praedicata, quælia conueniunt subiectis, iam tyronibus notum, STRYK. Ex I. F. C. 4. qu. 10. Hinc propositio: Das Lehn ist dem Erbfräulein angefallen, nihil aliud inuoluit, nisi naturalem feudi possessionem ad fructus capiendos.

§. III.

Agnatus igitur, qui alias, non existente virgine usufructuaria, defuncto vasallo, esset in feudo successurus, est et manet verus vasallus intuitu feudi, quod virgo nostra ad dies vitae possidet. Sunt igitur axiomata:

I) In Feudo Mecklenburgico existente et pendente iure usufructuario, nihil, ratione successionis, immutatur.

II) Pro-



II) Proximus Successor feudalis, qui est verus vasallus, pendente iure usufructuario, a praestatione in iuramento fundatae fidelitatis vasalliticae haud est immunis; sumtus tamen, interdum a virgine praestandi.

III) Successor feudalis gaudet, pendente usufructu nostro, dominio utili, in quantum non impedit ius virginis usufructuarium,


IV) Defuncta virgine usufructuaria, et hinc extincto usufructu, vasallus feudum sibi habens non virgini usufructuariae demum succedere dici potest, sed feudi, in quo iam ante, vel ex pacto et providentia maiorum vel ex lege, proprio suo iure successit, vacuum adipiscitur solummodo possessionem naturalem.

*) Solet moveri dubium: num vasallo, feudum ipsum non possidenti, sit tribuendum dominum utile?

Non diffidendum, quod in determinandis criteriis domini directi et utilis regulariter domino utili possessio feudi sit adscribenda. Sed salva res erit, si consideres, vasallo, pendente iure usufructuario, competere possessionem civilem, sola naturali possessione virgini usufructuariae relicta. Nec proprie dici potest, virginem usufructuariam possidere feudum, sed feudi tantum usufructum. Quid igitur obstat, quo minus vasallo, pendente usufructu nostro, tribuatur dominium utile cum titulo honorifico etiam in curialibus obtinente: *des Erb- und Gute Zerrn*, cum ad ipsum non spes solum successionis in feudo, sed successio ipsa devoluta iam est. Consultas praepri-
*mis, Domini Praef. Dissertationem, de filia nobili usufructua-
ria Pos. XII, ibique cit. Cothm. Resp. Vol. 5. R. 15. n. 16.*

§. IIII.

Iuris domini utilis Vasallo, pendente iure usufructuario, competentis, varii sunt effectus. Nascuntur ex eo iura et obligationes vasallo circa feudum, vel in relatione ad Dominum directum competentes, vel in relatione ad virginem usufructuari-



tuariam, feudum ad fructus capiendos possidentem vel extra hanc relationem. Hic loci iura et obligationes in relatione ad dominum directum, pendente iure usufructuario, vasallo competentes non pro obiecto habemus, et solummodo de eo sumus solliciti, quid iuris, pendente iure usufructuario, vasallo circa feudum competat, in relatione ad virginem usufructuariam, vel extra hanc relationem, quod in sequentibus sectionibus eruendi nostrum sit conamen; praesupposita ubique regula: omnis usufructuarius supponit proprietarium.

SECTIO SPECIALIS I.

DE EO, QVOD VASALLVS, PENDENTE IURE
VSVFRVCTVARIO NOSTRO, CIRCA
FEVDVM PROHIBERE
POTEST.

§. V.

Effectus domini vtilis vasallo circa feudum, pendente iure usufructuario, in relatione erga virginem usufructuariam competens, sese exserit praeprimis *in facultate prohibendi omne id, quod virgo usufructuaria in sui praerudicium ac in detrimentum fundi ipsius facit vel facere conatur.* In probanda hac nostra thesi sufficit prouocare ad expressa verba textus reuersalium l. c. doch sollen die Erbiungfern die einhabende Lehnen weder ganz noch zum theil zu veralieniren, zu veräußern oder auch zu deterioriren und zu verringern 2c. keinesweges bemäch- tigt seyn.

§. VI.

De alienatione feudi virgini usufructuariae prohibita nullum itaque aderit dubium. Sed fingamus casum, virginem usufructuariam alteri extraneo oppignorare velle, ita vt creditor




creditor possessionem praedii cum iure fructus percipiendi adipiscatur: num vasallus gaudet iure eiusmodi oppignorationem prohibendi? Negamus vasalli facultatem, eiusmodi oppignorationem vel potius in hypothecam designationem, prohibendi, hac suffulti ratione, quod virgini usufructuariae libera dispositio circa fructus feudi competat, quae impediretur, si ipsi haud liceret, ius suum usufructuarium alteri oppignorari. Verba textus reuersalium nobis adsentiuntur: *Daß die Erbinngern die Lehne frey und ungehindert iemandes nutzen und genessen sollen.* Idcirco ponimus regulam: *Vasallus vi domini utilis non potest prohibere, quominus virgo usufructuaria ius suum usufructuarium extraneo oppignoret; donec probet, istiusmodi oppignorationem in sui aut praedii ipsius praeiudicium ac detrimentum vergere.* Hinc vasallo istiusmodi oppignorationem prohibenti obstat exceptio: *Tua non interest.* Antichretice concedere nequit virgo. Caeterum capiatur argumentum, a marito in fundo dotali. An Agnatus queat hypothecam in feudo tali constituere, difficilis non adeo est quaestio, si iuxta analogiam decidatur. Non enim est de bonis futuris tantum. Specialia huius positionis rimari non lubet. Pendet autem hinc quaestio successione, quae, emortuis virginibus, secundum tempus mortis patris determinanda. Simpliciter enim et multis de causis secundum tunc, non nunc erit iudicandum. vid. *Iur. Meckl. III. Cent. 3. l. 42.*

*) Facili autem patet negotio, cur in casu vasalli ad dictam oppignorationem iuris usufructuarii impediendam inhibitoria poenalia ex curia, credo, feudali extrahentis, et virginis usufructuariae exceptionem: *Tua non interest,* obiiectis, vasallus debeat probationem intentionis suae suscipere, id est, probare violationem sui interesse, et detrimentum ex ista oppignoratione in praedium redundandum; virgo vero usufructuaria ad probationem deficientis interesse haud sit adstringenda. Nobis ideo videtur vasallo incumbere probatio praedicti, aut detrimenti, sibi vel feudo illati; quia in eo fundatur prohibitio, et quilibet fundamentum intentionis suae probare debet, per iura notoria.

B

Nec



Nec obstat regula: *melior est ratio prohibentis*; et hinc exceptio deficientis interesse ab excipiente probanda esset. LEYSER. *Spec. CXVIII. M. V.* Nam Leyseri sententia semper procedit in eo speciali casu, si quis in re communi contra focii voluntatem quicquam noui molitur; minime vero, si quis iure suo libero viuitur, et alteri impediendi exceptionem deficientis interesse opponit.

S. VII.

Vfus sylvarum, praeprimis, quoad arbores aedificiis extruendis et glandibus serendis aptas, (das Bau- und Mastholz) per textum reuersalium l. c. admodum restrictus virgini vsufructuariae concessus est. Verba: und das harte Bau- und Mastholz weiter, dann zu des Lehns scheinbahren Tuzen und Strommen zu verhauen, keinesweges bemächtiget. Porro idem textus prohibet, ne virgo vsufructuaria nouum extruat aedificium, inscio vasallo, quod si fecerit, nulla ipsi facienda expensarum remuneratio. Sed quaeritur: vtrum vasallo competat ius, extruentionem noui aedificii, quod saluo vsufructu damni resarcitionem postulandi, ob penuriam ligni ad aedificandum apti? Dubium moueri posset ex verbis Reuersalium: **Es soll aber eine Lehniungser keine neue Gebäude ohne Vorwissen der Lehnesfolger anzurichten bemächtiget, oder dafür eine Wiedervergeltung gewärtig seyn**, et hinc concludi, vasallo nullo casu competere ius plane prohibendi extruentionem noui aedificii, ipso inconsulto, et si iam extructum, damni resarcitionem postulandi, sed solummodo ius, denegandi virgini vsufructuariae refutionem expensarum. Sed arbitramur, si vasallus probet, ob penuriam ligni ad aedificia apti, caesionem arborum extruendi aedificii causa factam in deteriorationem fundi ipsius vergere; sique istud aedificium, saluo iure vsufructuario, abesse potest; omnino audiendum esse plane prohibentem, aut damni resarcitionem postulantem vasallum. Nam irreparabile ex penuria ligni, aedificiis extruendis apti, damnum redundat in fundum ipsum, et virgo vsufructuaria filuis,

siluis, non nisi ad vtilitatem fundi vti, multo minus, per excisionem arborum nobiliorum, damnum irreparabile inferre, sine formidine Fiscalis, fundo potest, sed potius omne damnum resarcire tenetur; per modo citata verba Reuersalium. Hinc nec dici potest, vasallum fieri indemnem per id, quod non obligatus sit ad expensas in aedificium, se incio, exstructum factas resarciendas; nam facta infecta fieri nequeunt, et vasallus prohibens semper certat non de lucro captando, sed de damno vitando.

- *) Si quis nobis imputare hic vellet audaciam, legem prouincialem interpretandi, quod nemini, nisi haud benigno lectori, facile in mentem venire poterit, sciat, nos tantum quaestionem specialem problematicam mouisse, et pro virium nostrarum ratione illam discutere tentasse, id quod nemini Iure-Consultorum priuatorum vitio verti poterit. Praestare itaque nobis videtur, cum legibus earumque argumentis loqui, quam vage et sine legum suffragio quicquam asserere.

§. VIII.

Ponamus alium casum vasalli excisionem siluarum, pendente iure vsufructuario prohibentis. Si virgo vsufructuaria arbores ad aedificandum et ferendas glandes aptas excidit vendendi et lucra inde capiendi causa: omnino vasallo ius prohibendi competere in propatulo est. Nam virgo istis arboribus non, nisi in vtilitatem fundi ipsius, vti frui potest, per citata verba Reuersalium: *Und das Mast- und Bauholz weiter, denn zu des Lehns scheinbahren Nutzen und Frommen zu verhaueu* &c. hinc facultas, siluas vendendi causa caedendi plane ab vsufructuario iure exclusa. De conseruatione aedificiorum, nullum est dubium, neque de ligno, quod vocant *Nuß- und Nadeholz*.

- *) Non facile quisquam obmoueret, hanc restrictam de silua dispositionem cum libero iuris Germanici vsufructu haud conuenire; sciat enim, hunc vsufructum, virginibus nobilibus in feudo concessum, suam determinationem ex lege et obseruantia feudali




feudali accipere, et publicam utilitatem per conseruationem siluarum promouendam antecellere lucrum priuatum. Sed si quis obuiceret, legem prouincialem nouissimam (intelligimus, den Landesgrundgesetzlichen Erb-Vergleich, §. 307.) permittere feudorum possessoribus, vt quotannis XII. quercus et L. fagos, absque consensu Serenissimi Domini directi, vendendi causa, caedere possint, cur igitur virgines nobiles usufructuarie ista facultate priuandae? Sed nihilo minus virginibus usufructuariis dispositio circa siluam vendendi causa deneganda ob hanc vricam rationem esse videtur, quia non iure domini utilis, sed solo usufructuario, per textum Reuersalium determinato gaudent. Hinc quicquid iuris ipsis per Reuersales concessum non est, illud per legem nouissimam, quae de vasallis et ipsis fundorum proprietariis loquitur, ipsis tributum esse haud potest. Addimus, Vasallum successorem, durante iure subtrato gaudere non posse dicto §. per principia. *Conf. nuperae diff. Rossi. de prouidentia publica, circa syluas et arbores, maxime de iure Meckl.*

§. IX.

Alia occurrit quaestio satis ardua ac pragmatica: *in quantum prohibere vel impedire possit vasallus virginem nobilem, circa homines proprios in fundo existentes disponentem?* Virginem usufructuariam ab hominibus glebae adscriptis seruitia debita, sine quibus fundi fructus percipi haud commode poterunt, exigere posse, quis est, qui neget: hinc ponendae essent regulae: *Quatenus homines proprii in fundo existentes ad fructus fundi capiendos seruitia praestant, et sunt in famulatio, eatenus subsunt dispositioni virginis usufructuariae: Quatenus vero in proprietate esse intelliguntur, eatenus subsunt dispositioni vasalli tanquam domini utilis, salvo iure V. U.* Sed vereor, vt ex regulis generalibus omnes casus obuoluentis facile decidendi sint. Queritur enim: Homo proprius masculus siue femina ad ineundum matrimonium se accingens cuius indiget consensu, vtrum vasalli, an virginis usufructuariae? Si soli successori feudali, qua domino utili, ius consensum in nuptias dandi reserues, id inconueniens inde emergit, quod per nuptias hominum propriorum vel inter se, vel cum



cum aliis per indirectum iuri usufructuario virginis damnum inferri possit; cum scilicet per nuptias cum extraneis numerus hominum propriorum diminuatur, aut homines haud bonae frugalitatis matrimonio coniungantur, aut vasallus friuole consentum ad nuptias contrahendas deneger, inde haud leuia damna circa rem domesticam et percipiendos fructus fundi ipsius oriri, quibus rei oeconomicae vel parum gnarus facile perspicit. Si e contrario soli virgini usufructuariae ius consentiendi in nuptias hominum propriorum vindices, verendum, ne illi plus tribuatur, quam limites iuris usufructuarii permittunt. V. G. Num virgini usufructuariae facultatem consentiendi in matrimonium ancillae cum seruo alieno, aut serui cum ancilla aliena largiri audes, ad id, vt ancilla fundo egrediatur, & alterius domini fundo adscribatur, aut aliena ancilla in fundum recipiatur? Interim istiusmodi manumissiones mutuae, inter confinium praediorum dominos, sunt frequentes & rei rusticae admodum vtilis, imo quam maxime necessariae, & in effectu, propter literas reversales, nihil amittitur. Num fas erit successori feudali omne ius circa consentum ad nuptias hominum propriorum necessarium abnegare? Ipsius enim aequae interest, ne careat hominibus glebae adscriptis ad seruitia praestanda sufficientibus ac bonis. Hinc & successoris feudalis & virginis usufructuariae ius hic concurrere debere, nullus dubito. Sed in quantum ius agnati hic concurrat, & in casu alterius dissentientis, alterius vero consentientis, cuius potior sit ratio habenda in matrimoniis hominum propriorum quaeritur? Semper virginis usufructuariae rationem potiore esse, eiusque vel dissentum, vel consentum necessario requirendum nullus dubito: attamen cum hac limitatione; nisi vasallus probet per consentum vel dissentum virginis usufructuariae circa matrimonium hominum propriorum sibi praedictum inferriorem, fundumque deteriore reddi. Hinc vasallo ius interventionis ob suum interesse haud denegandum videtur. Si iste eveniret casus, iudicis arbitrio, levato velo, relinquendum est, collisionem eam pro utilitate praedii ipsius, & habito matrimonii honore, tollere.



- * Expofuimus noſtram ſolummodo meditationem, quæ ſi a Doctõribus, perſpicacioris iudicii, minus probetur, & conſuetudini contraria videatur: haud moroſi erimus, rectius docentibus accedere.
- ** Suppolui regulam: homines proprios, quatenus in proprietate cuiusdam eſſe intelliguntur, pendente iure uſufructuario, diſpoſitioni vaſalli tamquam domini utilis ſubefſe. Sed limitanda erit, *in quantum non impeditur ius uſufructuarium p. §. III. ax. III.* Tribus: alienatio, in toto & partibus, eſt, virgini, præter res ex iure perceptas percipiendasque plane incompetens hincque nulla; Unde & cedere extraneo vel remotiori intergrum ius non licet. Remotiori inquam, ſi enim verus ſucceſſor poteſt cum ea conuenire, etiam über das gänzliche Auskauffen, quis eſt qui ambigeret, modo obſeruentur cautelaria obſervanda.
- *** Sufficit vnicõ exemplo oſtendiſſe, an & in quantum regulæ generales, de diſpoſitione circa homines proprios pendente iure uſufructuario, datae ſint adplicandæ Quid autem in quaefitione de iuriſdictione in homines proprios & vltra, ſentiendum ſit, euoluas *Domini PRAESIDIS cit. diſſert. poſt. XXII* Præſtationes ruſticorum & pagos inhabitantium, ſunt ex fructibus: modum ſeruet V. U. Coetera ſunt Iuris Publici.

§. X.

Occaſione calamitatum, bellicarum quaefitio, quæ moueatur, haud indigna videtur: Num vaſallo competere poſſit ius prohibendi, ne virgo uſufructuaria aes alienum, fundum afficiens contrahat, ad ſoluenda tributa extraordinaria, belli occaſione indieta, et ferendas exactiones? In caſu fundi iam alias admodum obaerari, ita vt, deductis uſuris annuatim ſolvendis, vix alimenta virgini neceſſaria remaneant, non fieri non poteſt, quin nouum aes alienum ad ſoluenda tributa bellica et ferendas exactiones, feudi conſeruandi gratia, a virgine uſufructuaria contrahatur, et vaſalli contradicentis rationem nihili curare debet æquus iudex, Elegans reſponſum,



sum, quod huius Almae Facultas iuridica, flagrante bello tricennali, in dicto casu dedit, recenset *Dominus Praeses cit. Dissert. post. XXXIX*, cui subscribere, quis est, qui dubitet. Sed faciamus casum, feudum esse magni emolumenti, vel ab omni aere alieno liberum, vel exiguis tantum debitis obnoxium, num vasallo competat ius prohibendi, ne virgo usufructuaria novum aes alienum contrahat, ad soluenda tributa bellica extraordinaria et ferendas alias exactiones? Anne in hoc casu regula iuris notissima adplicanda: quicumque habet commoda, ferat incommoda, et hinc virgini usufructuariae obligatio imponenda, ex fructibus feudi omnia ista sumendi tributa extraordinaria et ferendi exactiones in bello consuetas? Dura nimis esset haec sententia, et vasallo negamus ius contradicendi, si virgo usufructuaria, aes alienum fundum afficiens contrahat ad soluenda tributa extraordinaria bellica et ferendas exactiones. Rationes nostrae hae sunt: 1) Calamitates bellicae sunt casus fortuiti, quos fert dominus, hinc vasallus, qua Dominus utilis, ab istis immunis plane esse nequit. 2) Virgini usufructuariae, ius suum usufructuarium non incommodo sed commodo esse debet, quia est speciale privilegium gratiosum, quod numquam damnosum esse oportet: 3) Solutio tributorum bellicorum et sumtuum exactionibus ferendis erogatorum in utilitatem feudi ipsius vergit, ne scilicet militum manus rapiat omnia et fundum plane destruat, hinc debitum est feudale natura tale idque necessarium per iura notoria. Quin itaque vasallo in totum abnegemus ius impediendi, quominus virgo usufructuaria contrahat aes alienum ad soluenda tributa bellica ferendasque exactiones, nulli dubitamus. Ex principiis iuris civilis, de usufructu, decisionem petere, prohibet singularitas: unde non semper attendendum, quod casus fortuitos sentiat proprietarius; quamvis et haec regula, in substratis, patiatur exceptiones.

- *) Obiciatur, Virginem usufructuariam isto casu locupletio-
rem fieri, cum damno vasalli. Minime, si accuratius rem perpen-
das. Virgo enim usufructuaria omnes vsuras, ob aes alienum
fundum



fundum afficiens, quotannis solvere debet, per verba Reuersalium expressa: die auf dergleichen Lehn, auf Ableben des Lehnmannes haftende Schulden (multo magis hinc aera aliena a virgine ipsa contracta) sollen von den Erbiungsetn gebühlich verzinst werden. Competit igitur Agnato, ius vigilandi in solutionem usurarum promptissimum. Hinc virgo usufructuaria aes alienum ad soluenda tributa bellica et ferendas exactiones contrahens, partem annuorum fructuum soluendis vsuris amittere debet. Quo pacto igitur illa dici potest cum damno vasalli locupletior fieri.

***) Sed num, incio et plane inconsulto vasallo, virgo nobilis in proposito casu aes alienum contrahere possit, affirmare non audeo. Tam liberam enim facultatem in praedictum et fraudem vasalli vergere posse, et sub praetextu tributorum bellicorum soluendorum nimium aeris alieni, prout hominum libido fert, feudo imponi posse, quis est, qui non videat; hinc vasallum, qui rationes de solutis tributis bellicis et erogatis exactionum sumptibus sibi reddendas postulat, audiendum esse, nemo facile inficias ibit.

***). Ex dictis eruenda erit thesis: *virgo usufructuaria nouum aes alienum ad soluenda tributa bellica extraordinaria et ferendas exactionum sumptus contractura, Vasalli consensum, per oblationem rationum, necesse est; Vasallus vero, probata versione in feudi utilitatem, consensum suum denegare nequit.*

SECTIO SPECIALIS II.

DE EO, QVOD VASALLVS, A VIRGINE VSVFRVCTVARIA SIBI PRAESTARI, IVRE POSTVLARE POTEST.

§. XI.

Hactenus casus quosdam euoluimus speciales, vt ostendatur vsus practicus regulae nobis §. V. suppeditatae; restat praeterea, vt euoluamus iura vasalli, vt ita dicam, posttina,

tua, quae ipsi in relatione cum virgine usufructuaria competere possint. Praemitamus regulam generalem: *Vasallus gaudet iure perfecto, a virgine usufructuaria postulandi omne id, quod ad conservandum ius sui domini utilis tuendumque ius suum successionis, iam devolutum, pendente usufructu, pertinet.* Textus Reuersalium saepe citatus tres recenset casus, in quibus sese exferit hoc ius vasallo competens, scilicet ius postulandi 1) ut virgo usufructuaria aedificiorum reparationes necessarias curet; 2) ut vsuras creditoribus soluat annuas; 3) ut restituatur portio vnus mortuae virginis usufructuariae, in casu fundi inter plures virgines usufructuarias diuisi, in quem casum vigilabit solertissime: quamvis casum divisionis ceu inconsultissimum, ad speculationes, sine praxi et exemplis, referendum esse censeamus. Et quis, quaeso, dirigeret conventionem illam? Quaedam adhuc subiiciamus et faciamus periculum ostendere, an nostra regula vsu praestet pragmaticum.

*) Beneuolus Lector nobis haud imponet necessitatem, omnes iurium vasalli species hic ut doceamus; et recordabitur, nos nihil, nisi quasdam meditationes practicas promississe.

§. XII.

Num Virgo Vsufr. agnato, qui absolute debet intra ordinarium tempus, investituram petere, *vid. Müller et Mantzel*, qui in nova editione adiecit Documentum publicum, qui habet pericula feloniae, cui occupatio possessionis et alia nequeunt impediri, teneatur suppeditare sumtus investurae? quaestio est, quam obseruantiae relinquimus, inclinantes in negatiuam. Qua seruitiorum praestationem, nullum est dubium, quod ea fiat sumtibus Virginis nostrae: quod aequales queant fortiri, Caveln, non habet dubium. *Evolv. Ius Meckl. ill. Cent. 4. Iud. 76. S. 54. Praef. Diss. S. 20.* Qua de merito Virg. Vsufr. hoc loco aliquid cantant, non sunt musici genuini. *Conf. TORNOW. de feud. Meckl. P. 1. p. 232.*

*) Habemus in patria feuda, quibus inhaeret quaedam dignitas certa tamen equestri familiae propria. Sic munera Marschalla-



schallatum provincialium sunt penes familias a MOLZAHN, et a LVZOW et ab HAHN, sed tamen ita, ut is, (sic accepimus) ex familia a MOLZAHN, qui possidet praedium *Grubenhagen*, et is ex familia a LVZOW, qui possidet praedium *Eckhoff*, et is ex familia ab HAHN, qui possidet praedium *Pleetz* hoc munere ornatus sit. Quae dicta praedia a virgine usufructuaria possideri posse, nullum est dubium. Reuerfales enim nullam exceptionem intuitu horum vel illorum praediorum faciunt. *Consularum Domini Praefidis cit. dissert. Post. XIII.* Sed an virgo usufructuaria impensas, ad praestanda haec munera Marschallatum provincialium necessarias, erogare debeat, quaeritur. Suspendimus votum, utur inclinantes in affirmativam, ex argumentis, a conservatione feudi eiusque praerogativa, ab onere reali, etc.

**) Eadem ratione evinci potest, quod virgo usufructuaria obligata sit, ad ordinaria tributa omniaque alia onera realia ex feudi fructibus soluenda, in quantum fructus feudi non exsuperent, quos si ad vitae subsidia pro dignitate sua non saluos habet, quod supra §. X. deduxi.

§. XIII.


Vasallo vindicamus ius, confectionem inventarii generalis eiusque editionem sumptibus utriusque partis, urgendi atque exigendi. Mappa geographica, si qua datur, est agnati: Si nondum datur, confectioni eius nequit obstare illique unquam perfecto inventario, separationem & extraditionem omnium, quae feudum qua tale concernunt quorsum nunquam spectavit in Meckl. Heergewetta, *vid. Ius Meckl. ill. passim*, urgendi. Inventarii generalis totum praedium eiusque pertinentias complectentis confectionem non ex eo solum, quod nullus rei alienae possessor ab inventario liberatus sit, evincimus, sed solius etiam vasalli interesse, ut ius suum domini utilis, ac ius successionis saluum conferuet ac tueatur, pendente iure usufructuario, stabit pro ratione. Imo tandem e re virginis pariter est, ob futuram liquidationem, argumento a dotalitio, *vid. I. M. ill. Cent.*

Cent. 5. n. 16. It. diff. Dn. PRAESIDIS, pos. 19. Sed in inventario confecto, quaestio erit de rebus ad feudum, quae tale pertinentibus, separandis vasalloque extradendis. Quenam eiusmodi res sunt separandae vasalloque extradendae? Omnes, sine quibus virgo usufructuaria plenum ius usufructus exercere potest, quae vero vasallo ius suum dominii utilis conservaturo necessariae sunt. Hinc omnia scripta feudum concernentia vasallo si non extradenda, tamen ad perscrutandum tortes quoties concedenda; *Sie soll ihm die Briefe Cammer nicht verschliessen*, ita in novo textu. Adesse vero possunt res naturae quidem mobiles, sed per iuris intellectum immobiles, quae ad feudi usum conferunt, eique connexae manere debent, quidam iuris earum intuitu competit vasallo? Separandi ius vasallo denegamus, quatenus, ulla ratione, liber usufructus, virginis nostrae, impediretur. Sed cautionem in regula nude promissoriam, de re conservanda & finito usufructu, salva restituenda, quin postulare possit, nullus dubito, quia sine ea ius suum successorium, pendente usufructu suspensum, salvum conservare nequit. In regula inquam, nan in exceptione constat, nec ipsum patrem esse a graviori immunem. *vid. B. SCHOEFFER ad tit. ff. usuf. quemadm. cav. n. 9. ibique all.*

§. XIV.

Num vasallo circa tutelam vel curatelam virginis usufructuariae minorennis quidquam iuris comperat, videamus. Distinguendi sunt casus:

1.) Si virgo usufructuaria iam habet confirmatum tutorem testamentarium, aut legitimum proximorem, aut pactitium, an vasallus postulare potest, ut adiungatur, ad id, ut quoad administrationem feudi concurrat? Affirmando respondere non dubitamus. Vasalli enim interest, ut pendente iure usufructuario & praecipuis, quum virgo usufructuaria adhuc sit minorennis, feudum ipsum bene administreretur, ne finito usufructu, feudum deterius recuperet; adeoque vasallo haud deneganda inspectio in administrationem, quamdiu virgo




go usufructuaria adhuc est minor. Quod ius si ipsi auferemus, quomodo ius suum successorium saluum vasallus habebit, seque a damno saepe irreparabili, per malam administrationem orto defendere poterit? Nec obstat, quod vi Reuersalium omne detrimentum a virgine usufructuaria & ab eius tutore vel curatore feudo allatum, ex bonis virginis usufructuariae fit restaurandum; hinc vasallus ex mala fundi administratione numquam damnum pati possit. Respondemus: melius esse futuro malo obuiam ire, quam post vulneratam causam remedium quaerere. Praeter id etiam evenire potest, vt virginis usufructuariae bona per malam administrationem dato haud sufficiant reparando; num itaque vasallo temere necessitas imponenda, vt tunc contra tutorem vel curatorem virginis vtatur remedijs iudicialibus, ad damnum refarciendum, & multis implicetur litibus?

2.) Si sermo est de tutela legitima memorata, ex eodem, quod mox proposuimus, fundamento vasallus ius suum, quoad administrationem fundi concurrenti, exercere posse nullum remanet dubium. Supponamus vero, vasallum esse agnatum virginis usufructuariae tam proximum, vt ipsi competat, coeteris paribus, tutela legitima, num excludere potest cognatum eodem gradu virgini usufructuariae coniunctum? Distinguas velim, inter bona virginis usufructuariae allodialia & feudi administrationem, quoad allodialia vterque pari iure erit tutor; quoad feudi administrationem vasallo, qua agnato, praerogativam aliquam vindicamus: quia solius vasalli interest, feudum bene administrari ob ius successionis in feudo adhuc suspensum. Liceat nobis argumentum sumere a tutela feudali legitima, in qua regulariter illi portiores sunt, ad quos commodum successionis pertinet, siue agnati, siue simultaneae inuestiti, siue confratres, licet hi non sint sanguine pupillo aut minori iuncti. De expectatarijs disserere non vacat. *Conf. TORNOV. l. c. p. 255.* Quid igitur subesset fundamenti, vt pendente iure usufructuario, vasallo agnato minus ius tribuamus quoad legitimam tutelam virginis usufructuariae minoris

noris, quam quod iura feudalia agnato aut simultanee inuestito aut confratri tribuunt circa tutelam legitimam vasalli minoris; quum vasallus pendente iure usufructuario propter ius successione, iam deuolutum plus habet interesse circa feudi administrationem, quam agnatus, sola spe succedendi prae-
ditus.

§. XV.

Vasallo adscribimus ius a virgine usufructuaria postulandi, vt ad limites feudi tuendos aliaque iura feudo inhaerentia conseruanda sit attenta, ne illi turbentur, amittantur vel minuantur. Hanc thesin vt probemus, sufficiet & allegare regulam §. XII. suppeditatam & prouocare ad textum Reuersalium, saepe citatum, quo prohibitum, ne virgo usufructuaria quidquam in feudi detrimentum faciat, hinc nec quidquam omittat. Sed difficile erit iudicatu, an virgo usufructuaria obligata sit ad sumtus processuum, intuitu fundi ipsius motorum erogandos. Possunt multae lites intuitu feudi adesse, quae vel ab vltimo vasallo, virginis patre, aut auo iam motae, vel pendente adhuc usufructu mouentur. In vtroque casu, si virgo usufructuaria sumtus ad prosequendas lites intuitu fundi motas erogauerit, quaeritur: an vasallus sit obligatus ad illos vel virgini usufructuariae vel eius heredibus refundendos? omnino sumtus processuum feudum ipsum concernentium virgini usufructuariae aut eius heredibus a vasallo esse restituendos contendimus. Sunt enim impensae ad feudum conseruandum factae, quae efficiunt debitum feudale necessarium, *vid. TORNOV. de feud. Mecklenb. p. 405*; praeter ea salarium aduocati, feudi negotia qui vtiliter gessit, in numerum debitorum feudaliu referri, quis est qui dubitet. *Conf. TORNOV. l. c. p. 521.* Hinc vasallus, qui a virgine usufructuaria, vt ad fines feudi tuendos conseruandaque eius iura attenta sit, postulat, obligationem expensas in processuum feudi erogatos refundendi suscipiat necesse est. Hisce positis circumstantiis vasallo vindicamus ius dirigendi processum, aduocatum constituendi mutandique, & reliqua. Distinctionibus quibusdam opus esse, condecimus.



In eo autem sese exferit dubium, si vassallus sit aut absens, aut minus locuples, an virgo usufructuaria de iure obligata sit ad sumtus processuum exhibendos? Cum virgo usufructuaria ad auerendum omne feudi detrimentum est obligata, & facili potest negotio euenire, vt feudi iura per omissionem vel neglectum litium mouendarum vel motarum amittantur vel minuantur: procul dubio virginis usufructuariae erit obligatio ad sumtus, sine quibus feudi iura conseruari nequeunt, erogandos, ne quid in feudi detrimentum vel patiator vel omitrat, idque eo magis procedere persuasum habemus, quia virgo usufructuaria eiusue heredes, finito usufructu vt restitutio horum sumtuum fiat, quam maximam habent securitatem, vi specialis in feudo hypothecae qualificatae, et mediante feudi possessione, quam, nisi ipsis plenarie satisfactum, amittere haud queunt. Ex his omnibus patet, regulam: agere non valenti non currit praescriptio, ab agnato proximo, in substrato neuiquam posse allegari.

§. XVI.

Virgo usufructuaria cum ius suum usufructuarium alteri oppignorari possit, *per §. VI.*, multo magis fructus feudi alteri pro annua pensione locare potest. Consuetae sunt in patria locationes istae praediorum a virginibus usufructuariis possessorum. In quantum igitur virgo usufructuaria gaudet libero, fructus feudi capiendi, meliorationesque faciendi iure, in tantum conductori idem ius concedi posse extra dubii aleam est positum. Quicquid autem iuris vassallo supra in relatione ad virginem usufructuariam vindicamus, scil. vel impediendi id, quod in sui praedudicium et feudi detrimentum vergit, vel postulandi certas obligationes a virgine usufructuaria, idem iuris ipsi in casu feudi locati, saluum maneat necesse est. Hisce suppositis respondendum erit ad sequentes quaestiones:


1) An habeat vassallus ius postulandi a virgine usufructuaria, vt cum ipso contractus virginem inter usufructuarium et conductorem de fructibus feudi initus communicetur?

Nostro

Nostro quidem tenui iudicio id vasallo tribuendum erit, quippe cuius interest vigilare, non solum ne quid in feudi detrimentum fiat, sed ad id etiam, ut agri ordine oeconomico colantur.

2) An vasallus potest virginem usufructuariam eo compellere, ut conductorem contra praescriptam in contractu legem locationis conductionis agrorum culturam aut negligentem aut peruerso turbantem oeconomiae ordine, expellat? Non diffidendum erit, solummodo virginem usufructuariam inter & eius conductorem consistere nexum ex contractu locacionis ducti resultantem, & primario solius virginis usufructuariae interesse quomodo de feudi fructibus disponendum; hinc vasallo denegandum videtur ius, quod in quaestione data proposuimus. Nihilo minus tamen vasalli ius in eo versari nobis videtur, ut agricultura nec negligatur nec peruerso oeconomiae ordine tractetur; quippe ex neglecta agricultura eiusque perturbata ratione eventus in detrimentum ac deteriorationem feudi ipsius exsultant, quibus conditio vasalli, finito usufructu feudi possessionem naturalem recuperantis deterior fit. Si accidit enim, ut virgo usufructuaria, durante adhuc contractu locati conducti, decedat, quo facto vasallo fundus restituendus erit; & agri per incuriam aut malignitatem conductoris vel plane inculti vel peruerso oeconomiae ordine culti essent; nonne vasallus id damni patitur, ut tamdiu fructibus feudi vel in totum vel pro parte carere debeat, donec ad ordinem oeconomicum agricultura sit restituta. Quod cum praeterea non nisi magnis sumptibus effici potest; & damni emergentis & lueri cessantis ratio habenda erit, intuitu vasalli fundum recuperantis, per regulam notissimam: *ubi damnum positivum praecessit, ibi privatum quoque per consequentiam habenda est ratio arg. l. de lege aquilia §. 10.*

3) Si virgo usufructuaria de mala conductoris oeconomia impedienda per vasallum admonita nec conductorem expellere nec damno evidenter futuro obuiam ire molitur: num vasallo




vasallo competitius damni a conductore per neglectam aut peruerse habitam agriculturam dati resarcitionem a virgine vsufructuaria eiusque haeredibus postulandi? Omnino non id solum affirmare haud dubitamus, quippe virginis vsufructuariae, nisi dolus, saltem culpa lata hic euidentis est; sed semper etiam, si per virginis vsufructuariae conductorem agriculturam aut negligentem aut peruerse tractantem fundus deterior factus est, vasallo danda erit actio ad indemnitate consequendam, quia virginis vsufructuariae est, eo laborare, ne quid in feudi deteriorationem fiat, per textum Reuersalium saepe citatum.

*) Finito vsufructu, quoque locationem conductionem a virgine vsufructuaria factam finiri in propatulo est, iuxta tritum illud: *resoluto iure dantis resolutur ius accipientis*. Hinc vasallo post finitum vsufructum feudum sibi habenti liberum, vtrum conductorem retinere, an conductione priuare velit; nec ad indemnitate pecuniam pro decessu (*Abzugsgeto*) soluendam tenetur; Nisi ipse simul contraxerit et subscriptio vel pactum adiectum obstiterit.

§. XVIII.

Cum supra §. VIII. probare tentauimus, facultatem siluas non-caeduas vendendi causa, caedendi a iure vsufructuario virginum nobilium esse exclusam: moueri potest quaestio: an vasallus possit a virgine vsufructuaria postulare, vt ipsi potestatem siluas, vendendi causa, secundum §. 307. legis nouissimae fundamentalis, *des Landes-Bergleibes*, concedat? Secundum thesin §. XI. suppositam, vasallus gaudet iure a virgine vsufructuaria postulandi nihil aliud, nisi quod ad conseruandum ius suum dominii vtilis, tuendumque ius successionis ad se deuolutum pertinet. Quibus saluis cum facultate siluas venditionis gratia caedendi, carere omnino potest; nec ad ipsum quicquam ex fructibus feudi, pendente iure vsufructuario regulariter, pertinet: vasallo plane denegamus ius, siluas, pendente iure vsufructuario, venditionis gratia caedendi. Nec obstat, vasallo iure dominii vtilis gaudere, in quantum non impeditur ius vsufructuarium; virgini



sortem esse agnati, qua vsumfructum virginis nostrae; unde non subscribimus Resp. Rost. ex anno 1572, quod legitur in *Cent. 3. I. M. n. 19.* De iure calcis coquendae, laterarium & cespitum ustilium, *vid. sent. dicta. n. 89. & Dn. PRAES. disput. §. 34.* Largiter mula habet, qui evoluit *Cent. 4. n. 60.*

§. XXI.

Mortuo vasallo, quum pendens adhuc sit ius vsumfructuarium, successio vel secundum ordinem in legibus observantibusque feudalibus praescriptum deuoluitur ad vasalli vel descendentes, vel agnatos, vel simultanee inuestitos aut, si qui dantur, confratres. Vltimae voluntates & pacta familiae successoria censurae sunt obnoxia. Sed an vasallus, pendente iure nostro vsumfructuario, de feudo per contractus inter viuos disponere possit, quaeritur? Respondendum quidem, quod sic, adhibito consensu eorum, quorum interest, domini directi scilicet & certo respectu agnatorum, sed semper cum data limitatione, ne vsumfructus legalis virgini competens impediatur. Hinc in casu feudi a vasallo cum debitis requisitis alienati, emtor feudi possessionem & fructuum perceptionem, non prius, quam finito demum vsumfructu, adipisci potest. Regulariter hinc vasallus omnes contractus circa feudum, pendente iure nostro vsumfructuario, alias licitos celebrare valide potest; modo consummatio contractus, quatenus vsumfructum nostrum impedit, ad finitum vsumfructum suspendatur, qua scilicet iura, quae cedi nequibant.

- *) Ex dictis iudicandum, in quantum vasallus creditori pecuniam ipsi mutuo danti in feudo possit hypothecam constituere, pendente iure vsumfructuario? In tantum scilicet: vt creditoris ius hypothecae feudum afficiens ad finitum vsque vsumfructum, suspendatur quoad effectum executionis eiusque vltiorum graduum, nempe immissionis taxationis & adiudicationis; ne scilicet ius vsumfructuarium minuatur. In alio vero respectu scilicet vasalli & concreditorum ius hypothecae a vasallo, pendente vsumfructu nostro,

nostro, in feudo constitutum plenarios habet effectus, in securitatem crediti, praeprimis quoad prioritatem.

§. XXI.

Vasallus, pendente iure usufructuario, gaudere debet iure patronatus circa ecclesiam in feudo existentem eiusque plenario exercitio, posthabita virgine usufructuaria. Hanc thesin nostram ex eo, quod vasallus, pendente iure usufructuario, dominus utilis est, euincendam esse haud dubitamus. Fac enim, ius patronatus non competere vasallo, cui relinquendum? an Domino directo? Minime: Dominus enim directus, cuius iura, existente usufructu nostro, non minuuntur, plura iura per & propter usufructum adipisci non potest, quam quae antea habuit, quaeque conseruat. An virgini usufructuariae? Plus illi tribueretur, quam ius ipsi concedit; quippe usufructus noster in reuersalibus atque moribus nostris determinatus non involvit exercitium iurium eminentiorum, feudo cohaerentium, quibus virgo usufructuaria, salvo iure suo usufructuario, carere potest. Hinc soli vasallo ius patronatus relinquendum esse haud dubitamus. Effectus igitur iuris patronatus ipsi saluos esse quoscumque stabilimus, nec dispositionem de bonis ecclesiasticis, adhibitis scil. sollempnitatibus iuris ecclesiastici, ipsi denegandum. Sed virgini usufructuariae, hoc non obstante, incumbit obligatio, ad soluenda salaria ministrorum ecclesiae, praestandaque reliqua, quae feudo ipsi tanquam onus reale in haerent.

- *) Allegari quidem posse casus contrarios, virgini usufructuariae ius patronatus adscribentes, largimur. Sed an hi singulares casus, forasse vasalli consensu aut expresso aut tacito existentes, regulam faciant, dubitamus. Hinc in casu vasalli ius patronatus sibi vindicantis & virginis usufructuariae contradicentis, iura vasalli cum felici litis euentu defendenda esse haud negandum.

D 2

**) Verbi



**) Verbi diuini ministri ruri habitantes in publicis post finitam con-
cionem faciendis precibus (dem öffentlichen Kirchen-Gebeth) pro morè patriae nostrae etiam patroni eiusque familiae salutem expresse Summo Numini Triuni commendant, id quod patronis honori merito ducitur; an virgo usufructuaria postulare potest, vt ecclesiae minister ipsius quoque expressis verbis in publicis precibus mentionem faciat? Solet id fieri a multis pastoribus, alii enim non, nisi generali enuntiatione: Die Adelichen und Christobrigkeitlichen Eingepfarrten, vtuntur in precibus. Hinc, deficiente constante obseruantia, ius virginis usufructuariae, vt dictam sui expressam mentionem in precibus publicis postulet, plane nullum erit.

§. XXII.

Sufficiant haec, de iuribus vasalli circa feudum, pendente iure usufructuario. Quod si quae minus adcurate definitimus, aut non omnia, quae proferenda essent, attigimus: benevolus Lector hasce meditationes horis subcisiuis euolutas aequi bonique consulat, petimus. Si quem nostri laboris fructum optamus, certe is nobis erit gratissimus, vt ex doctiorum censura cognoscamus & in quo genuina principia secuti simus, & in quo a recta aberrauerimus via.

TANTUM.



MEDI-

MEDITATIONES ACCESSORIAE.

Postquam dissertationem iam typis expressam iterum legimus, placet sequentes adjicere numeros.

- 1 De dotatione, praeter ius usufructuarium virginum, constat, et absit idea subsidii.
- 2 Qua iurisdictionem, maxime pressus dictam criminalem, superessent graues ex analogia tractandae quaestiones.
- 3 Obstare nouis nominibus, est de iuribus agnatorum, faluis exceptionibus vid. Cent. III. 42. V. 10. Iam radicatae sortes, quae exiguntur, grauia faciunt negotia. Aut igitur ipse agnatus fiat cessionarius; aut procuret tales; tertia via in iure non datur.
- 4 Quaeritur: an in tota hoc iuris Mecklenburgici parte respiciendae Calendae Martiae? tres sunt casus huius emergentis possibiles: a) Si plane definit ius usufructua-

fructuarium. b) Si ex parte propter diuisionem cessat. c) Si de iure accrescendi agitur.

- 5 Et neptibus ex filiis, nec ultra competere hoc ius, est ex claris. Putamus autem, post filias obtinere capita non stirpes.
- 6 Habet agnatus arduum ius, vigilandi in virginem usufructuariam qua coniugium, mores et abusus, etiam ad effectus priuationum, per viam regiam.
- 7 Competere huic agnato iura in sepulcra familiae, item subsellia in templis, pariter ac in campanas, qua terminos habiles, defendemus.
- 8 Quod totum hoc ius sit, obseruatis obseruandis, abrogabile, tenemus. An consultum? deliberetur.



CON-

CONSULTISSIMO
DOMINO
DOCTORANDO,

GRATVLATVR

PRAESES.

Veniebas, VIR CONSULTISSIME! die decima præteriti mensis Aprilis ad examen & præstabas Te virum. Proximis diebus de promotione, hinc de disp. inaug. agebatur. Concedebas mihi jus præsentandi & ex decem oblatiis thematibus eligebas illud, quod est in rubro & absque ulla alia linea Rostochiensis, sive delineante sive excolente, illud Gustrovium ferebas. Nondum effluerant duae septimanae, quum mihi transmitteres elaborationem ipsam. Admirabar tuam promptitudinem & incidebat mihi, quod ante aliquot annos Candidarus extraneus dixerat, er hätte bey der Fertigung seiner Inaug-Disp. 500 Rthlr. verzehret. Non omnibus dantur tot nummi in unum laborem, sane, & mole mediocrem. Tu, VIR CONSULTISSIME! sane parcior fuisti & ardentius propositum urfisti, nec interim neglexisti forensia, sed novi, Te in Juridica Dicafterii novissima orasse clientum causas, una plures. Gratulor Tibi tantam eruditionem juridicam, theoretico-practicam: Deus T, O, M, secundet operas & largiatur Tibi omnigenam felicitatem,


Disputa-

Disputatio Tua agit de specie quadam Juris generis feminini, qua Jus Mecklenburgicum feudale. Sunt sane multa specialia, de Juribus feminarum singularibus, scripta & ego non audeo asserere, quod unus vir quadratus queat bibliothecam ejusmodi scriptorum ferre de loco in locum. Accessit pronuper amplissima *dissert. inaug. elegans Altorfina*, inaug. DN. BALEMANNI, *Lubec. de femina, ex antiquitatibus Rom. Germ. & Lubec. hab. 1756.* Mihi, hæc scribenti incidit *Femina Legata: Illustris Scettinensis JCur, DN. OELRICHS, Fautor & Amicus semper colendus*, ante aliquot annos desiderabat a me nostri olim Prof. B. JO. SIMONII, qui hinc vocatus *Upsaliam, Orationem, de femina legata.* Sed, utut varia Simoniana possideam, frustra eam quæsi, imo ne quidem de existentia, utut implorans amicos litteraturæ varios, oculus testis fieri potui. Si quis hæc legentium B. L. habet notitiam, gratiose communicetur eadem. *Feminam Vasallam litit & litit Consult. DN. D. BYRGMANN. Femina Doctor est in novissimo exemplo Halæ promotæ, Experientissima Domina ERXLEBIÆ, Femina Patrona, in Jure Eccl. & Femina Judices, in Jurisd. patrimoniali oculis palpantur & concepti interdum sententias nomine talium.* Scribo, de iis, quæ sunt infra illustrissima atque illustria. Satis! VIR CONSVLTISSIME! cui impense gratulor, cuique apprecor divinam benedictionem, ad impetrandum omnem felicitatem. Promove Dei gloriam Reip. commodum Familiæ Splendorem & propriam salutem. Dimitterem, Te hisce scriptis, nisi placeret adhuc quærere: An detur vel dabile matrimonium morganaticum a femina primario & prerogativam habente, inritum? De marito Reginæ plane non est cogitandum. Porro, quid videretur, si virgines coenobiales reditus suos abhinc, datis casibus sponsaliorum, ut dotem inferrent maritis? Sed, audiantur dissensiones. Dab. Rostochii, d. 10 Maji, anni MDCCCLX.



Rostock, Diss., 1759-76

X 228 42 89





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

F. S. num. 52.

14

DE
IVRIBVS, AGNATO, DVRANTE
IVRE VSVFRVCTVARIO, VIRGINVM
NOBILIVM MECKLENBVRGICARVM, CIRCA FEVDVM
COMPETENTE, SECVNDVM S. XXVII.
REVERSALIVM DE ANNO MDCXXI:

MEDITATIONES QVAEDAM PRACTICAE:

QV AS,

IN LOCO DISSERTATIONIS INAVGVRALIS,
DEO TRIVNO ADSPIRANTE:

MAGNIFICO IVRECONSVLTORVM
ORDINE,

IN INCLYTA ALMA VARNO-BALTICA DECERNENTE:
SVB PRAESIDIO,

DN. D. ERN. IO. FRIED. Mantzeln,
SERENISSIMI DVCS REGNANTIS MECKLENBVRG. CANCELL. ET
CONSIST. CONSILIARII, PAND. PROFESSORIS, COM. PAL. CAES.
TOTIVS ACAD. ET FACVLT. IVRID. SENIORIS,
ET AD H. A. DECANI:

PRO LICENTIA,

SVM MOS IN IVRE CAPESSENDI HONORES,
H. L. Q. C.

ANNO MDCCLX. D. XIII. MAJI,

DEFENDET,

NICOLAVS CHRISTIANVS
ROENNBURG,

DICAST. AVLICO-PROVINCIALIS ADVOCATVS
ORDINARIVS.

ROSTOCHII,

APUD PIS IOHANNIS IACOBI ADLERI, SEREN. DVCS REG. AVL. CAES. ADVOCATVS
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

